UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

T ante A

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

platonem audiuerũt. Ex ſyracuſis fuit Archimedes mathematicus ꝛ Theocrit⁹ poeta bucolici carminis ſcriptoꝛ. queꝫ Uirg. imitatus eſt. Solinus. in polyhiſtoꝛe ſcribit in ſicilia pꝛimum comędiam inuentam fuiſſe.

Syria: regio aſię quę ab oꝛiente fluuio Euphꝛate. Ab occidente noſtro mari. ꝛ ęgypto terminatᷓ. A ſeptẽtrione hꝫ Ciliciã ꝛ partem cappadocię. A meridię Arabiam. Cuius inſignes ciuitates. vt lib. v. refert Ptole. ſunt. Laodicia hierapolis. Antiochia. Apamia. Palmira. Heliopolis. ptolomaida. Sidõ. Tyrus. Beritus. Botris. Tripolis. Byblus. Seleucia. Cęſarea. ꝛ Damaſcus. Mõtes clari. Carmelus. Caſius. Libanus. Fluuij. Euphꝛates. Criſoꝛas. Singas. Regiones. Phęnicia. Paleſtina. Judęa. Jdumea. Comagena ꝛ Samaria. Hęc regio in medio oꝛbis ꝯſtituta eſt quo fit vt nec frigoꝛe nimio rigeat nec caloꝛe toꝛreatur. Sũt q̃ quadripartitam faciunt diuiſionẽ in ſyrios Aſſyrios. Leuco ſyrios. ꝛ Cęloſyrios. Ply. duplicem facit. vnam palęſtinam. Alteraꝫ Antiochiam. Huius nois Syria pꝛima coꝛripitur.

Syrus ſyra ſyrum. ꝛ Syrius ſyria ſyriũ quod ex ſyria eſt. Uñ Syri ꝛ ſyrij q̃ ex ſyria ſunt. Suidas συροῖ ϖρος φοινικας εκα Ἰερατα εθνη Δι αβεβ λη Ἰαιως πανουργα.

Syriſſus. a. um. idem quod Syrius. Uirgi. Coppa ſyriſſa caput graia reddimita mitella.

Syrus. Jnſula Jonica ꝛ aſię appoſita cuius pꝛima ꝓducitᷓ. Aq̃ Pherecides ſyri⁹ oꝛtũ habuit. nõ a ſyria regione. Scyros vo thꝛacię ad ſcripta eſt: vt Strabo ꝛ Ply. teſtãtᷓ lõge a rhodo.

Syriſca. a ſyrus fit: ſicut Ciliſca a Cilix.

Syrophęnix: oꝛa maritima ſyrię circa euphꝛatem: cuius pars Jdumęa ꝛ Judęa.

Syricũ: coloꝛ fictiti⁹ ex ſinopide ꝛ ſandyce mixtis quo minium adulteratᷓ. Ply. li. xxxiij. Sublini aũt ſyrico miniũ cõpendij rõ demõſtrat. Syricũ vero ſilaceus ſiue cęruleus coloꝛ eſt.

Syrinx. gis. ꝛ ſyringa. ę. a noſtris fiſtula tranſfertur. Jnſtrumẽtum muſicum. quo oꝛe modulamur. Fuit. n. nympha quędam in cãnam conuerſa. De qua Ouid. li. j. me. Naias vna fuit nymphę ſyringa vocabant.

Syrictę dictę ſunt ſiue a foꝛaminibus ꝛ fiſtulis quas naſi loco pꝛęferunt. ſiue a fiſtulis ꝛ calamis auenarum.

Syrmęa: genus raphani: vt Ply. interpꝛętatur.

Syrma ſyrmatis. ꝛ Syrma ſyrmę. genus veſtis tragicoꝛũ: vel cauda ſiue tractus veſtis fęminaꝝ. Mar. Aptaſti longuꝫ tu quoqꝫ ſyrma tibi. Seneca de baccho q̃ habitu muliebꝛi nõnunq̃ſ ſe oꝛnabat. Auro decoꝝ ſyrma barbaricuꝫ. Sumitur interdum pꝛo longa tragicę oꝛatiõis ſerię tenoꝛem ſuũ vſqꝫ in vltimũ pꝛotrahente ab συρω trabo.

Syrupus: ſuccus qui trahit ab σνρω. trabo ꝛ

Syrtes. ſunt loca circa fines aphꝛicę ęgyptũ verſus periculoſiſſima ab σνρει ꝓ. trahere. Eſt. n. inęq̃litas maris ꝛ terre magna ꝛ in vno loco ꝓfundiſſima in alio võ ſatis vadoſa Spirãteqꝫ vento cumulus arenę q̃ ſupꝛa mare fuerat in ꝓfundiſſimas reſidet valles. Et q̃ depꝛimebatᷓ: mox ſuꝑ aquas egeritur. Et ſunt duę pares natura: impares magnitudine quę dicũtur maioꝛes ꝛ minoꝛes ꝛ ſpatio paſſuum ducentoꝛuꝫ quinquaginta milium ſeparantᷓ. Minoꝛ a carthagine trecẽtis milibus paſſuum diſtat ꝛ totidem ambitus. Maioꝛ q̈drigentis vigintiquinqꝫ milibus paſſuum. Ser. vero vbicũqꝫ ſunt arenoſa loca in mari ſyrtes aſſerit vocari. hoc nomen etiam õꝛhę ſyrtis ꝛ has ſyrtis vt inquit Priſ. Uir. li. x. Jn ſyrtis. in ſaxa volens vos turnus adoꝛo.

Syſtole. dici põt coꝛreptio. Figura eſt cum longa ſyllaba ꝯtra eius naturã coꝛripitur. vt apud Uir. Cõnubio iungam ſtabili pꝛopꝛiãqꝫ dicabo. vbi nu. bꝛeuem poſuit quę naturaliter longa eſt. Nam alio loco longam poſuit. Hectoꝛis andromache pyrrhi connubia ſeruas.

Sytropes. idis. ꝛ Citropes gñs vaſis fictilis cũ tribus pedib⁹.

Sygyę: nerui ſunt a cerebꝛo ad oculos. ſꝫ is qui ad extra incipit tendit ad ſiniſtrum. is vero qui a ſiniſtra tendit ad dextruꝫ oculuꝫ. adeo vt ſecent ad ſimilitudinẽ crucis. Unde ſygyas dictos putant. συζυγια. n. coniugium dicitur.

Littera muta eſt. ꝛ apud vetuſtiſſimos in aliquibus dictiõibus ſcribebatur in q̃b⁹ nunc. ſ. ſcribimus. Nã mertare ꝛ pultare. antiq̃ dicebãt nos merſare ꝛ pulſare dicimus. Mutatur. nõnunqꝫ. t. in. ſ. ꝛ in. x. vt verto. vſus. mitto. miſſus Flecto flexui pecto pexui.

Taboꝛ mons in medio Galilęę rotũdus ac ſublimis.

Tabanus. animal paruuꝫ volatile. Alio nomine Aſilus. ꝛ Oeſtrus gręce dicitur.

Tabula. a quo per diminutionẽ fit Tabella. Sunt aũt Tabulę ſiue Tabellę teſtamẽta vel publicę ſcripturę ex quacũqꝫ mã ꝙ initio cęratis tabulis ſcribi cõſueuerãt. Uñ Ci. Terrentię tabulã pꝛo lege poſuiſſe vr̃ cuꝫ ait. Queãdmodũ a veſta ad tabulã valeriam ducta eſſes. Et tabula dicebatᷓ in quã mittebat teſſeras. quę Luſoꝛia ꝛ q̃nqꝫ latruncularia. ꝛ Pyrgus ſiue Alueus alueolus ſiue dicebatᷓ. Tabulę nouę appellantur q̃ñ debitoꝛes creditas pecunias cũ vſuris perſoluere nõ coguntur ipſis creditoꝛibus ꝛ abolitis pꝛioꝛibus debitis nouę tabulę conficiuntᷓ. Ci. li. ij. offi. Tabulę nouę qui habent argumenti niſi vt emas mea pecunia fundũ ꝛ eum tu habeas ego nõ habeam pecuniam. Salu. Tunc Catilina policeri cepit tabulas nouas pꝛoſcriptionem locupletium.

Tabularius ratiocinatoꝛ ſupputatoꝛ. phillaciſta q̃ ĩ tabula nomina ꝛ rõnes obſeruat. Sidonius ad petreiũ. Sed ꝛ ille ſuſcipiebat hunc grãdiper habens in eo conſiliariũ in iudicijs: vicarium in eccleſijs: pꝛocuratoꝛẽ in negocijs. vicillum in ꝑ̃dijs tabularium in tributis in lectionis comitẽ in expoſitionibus interpꝛętem: in itineribus contubernalem.

Tabelliones: q̃ ꝛ libelliones appellati ſunt q̃ tabulas. hoc eſt teſtamẽta ꝛ publicas ſcripturas cõficiunt. Nam nũc notarij dñr barbare qui tñ ſunt aliud vt qui notarent in ſenatu.

Tabellari⁹: q̃ tabellas. i. lr̃as defert. Hier. ad Nicã. Rudes illi italię hoĩes quos Caſcos Ennius appellat: q̃ ſibi vt ĩ rhetoꝛicis. Ci. ait. victu ferino victũ req̃rebãt ante chartę ꝛ mẽbꝛanaꝝ vſuꝫ aut in dedolatis ex ligno codicillis aut in coꝛticib⁹ arboꝝ mutua epl̃aꝝ alloq̃a miſitabãt. Uñ ꝛ poꝛtitoꝛes eaꝝ tabellarios. ꝛ ſcriptoꝛes a libꝛis arboꝝ libꝛarios vocauẽ

Tabularia Seruio auctoꝛe loca ſunt in quibus tabulę hoc eſt inſtrumẽta ꝛ litterę ꝛ actus publici reponuntᷓ. Uir. li. iij. ge. Jnſanumqꝫ foꝛum ꝛ populi tabularia vidit.

Tabulo tabulas tabul' aliq̃d cõſtruo. Hinc Tabulatio: tabularũ coaſſatio ꝛ textura ſic Aſſerũ coaſſatio. Hinc ꝛ cõtabulo. Sue. ĩ Cali. Qui nõ ſine admiratiõe helleſpõtũ ꝯtabulauerit.

Tabulata: q̃ ſunt ex tabulis fcã. Hie. Diſpoſitoqꝫ ꝑ tabulata milite. Accipiuntᷓ ẽt ꝓ parietib⁹ ſiue ędificijs lapidib⁹ in tabularum modũ quadratis conſtructis. Jdẽ Ubi in eius honoꝛe fabꝛicata eſt eccl'ia miro lapideo tabulato. Rurſus. Tabulata dñr rami extenti in arboꝛibus in plana tradẽtes non in altioꝛa creſcẽtes. Uir. li. ij. Ge. Sũmaqꝫ ſequi tabulata per vlmos. Col. li. vj. Cum deinde adoleſcere incipiẽt vlmi: falce foꝛmãdę ſunt ꝛ tabulata inſtituẽda. Hoc. n. noĩe vſurpant agricolę ramos trũcoſqꝫ ꝓmittẽtes: eoſqꝫ vel ꝓpi⁹ ferro cõpeſcunt: vel longius pꝛomittũt: vt vites laxius diffundantᷓ

Taberna. q̃ſi trabea õꝛ a validioꝛibus trabibus inq̃t Do. q̃bus ſuperioꝛa ſunt ſuſpẽſa. Et accipitᷓ. pꝛo oĩ ędificio qd̃ ẽ vtile ad habitãdũ ex eo ꝙ taberna tabulis claudebatᷓ ſiue cooperiebatur. Hinc Contuberniũ ꝛ cõtubernalis. Et taberna dicitur vbi opera ipſa cęterę qꝫ merces venditantur. Officina vbi fiunt opera. Et tabernaꝝ quędam lanaria: quędam vinaria. quędã olearia ꝛ hmõi. Nonius ſcribit: tabernas non tantum vinarias eſſe ſed oẽs quę ſunt popularis vſus.

Tabernarius: q̃ in taberna venditat: Ci. L. Flacco. Opifices ꝛ tabernarios atqꝫ illam oẽm fęcem ciuitatuꝫ quid eſt negocij concitare. Eſt ꝛ Tabernarius qui vinũ venditat ſicut aquarius qui vendit aquaꝫ. Jdem. Sed dici non põt quomodo

hic oĩa iaceant niſi ego cũ tabernariꝭ ⁊ aquarijs pugnarez.
Tabernarię fabulę. Uide in dictione, Togatę.
Tabernaculum nõ eſt diminutiuũ. ſicut nec Cęnaculũ. Eſt aũt
tabernaculum tectũ caſtrenſę. ꝙ veluti taberna quędã ſit. ⁊
vt Hiero. inquit ſemꝑ mutatur tabernaculum ⁊ huc illucq̃
tranſfert. Aug. Tabernaculũ belli res eſt. Unde ⁊ cõtuber-
nales milites dicti ſunt tanq̃ ſimul habentes tabernacula.
Eſt enim ꝓprie pugnantiũ. ⁊ quodãmodo militãtiũ ⁊ aduer
ſus hoſtem pugnantiũ. Domus eſt vbi ſemper manemus.
Tablinũ: locꝰ hibernę ſtatiõis atrio primꝰ. ꝙ fere ex tabulꝭ ꝯſta
ret. Ply. li. xxxv. Tablina codicibꝰ ĩplebant ⁊ monumẽtis
rex̃ ĩ magr̃atu geſtax̃. Apul. li. vlt. floridox̃. Medici cũ ĩtra-
uerint ad ęgrũ vti viſant: nemo eox̃ ꝙ ꝑ pulchra tablina in
ędibꝰ viſant ⁊ lacunaria auro oblita. Dr̃ aũt Tablinũ non ta
bulinũ. quẽadmodũ ⁊ figlinũ. non figulinũ. Et vr̃ eſſe quod
greci pinacothecã dicũt. q̃uis in pinacothecis tabulę pictę:
in tablino rex̃ in magr̃atu geſtax̃ monumẽta continebãtur.
Tabes. is. corruptio ꝑ morbo. a quo Tabitus ⁊ tabitũ corpꝰ dr̃
Huiꝰ tres ſunt ſpẽs. Una cũ corpus non alit̃ ⁊ ita ſũma orit̃
macies: ⁊ niſi occurrat̃ occidit. quę ⁊ Atrophia dr̃ a gręcis.
Inde atrophi q̃ atrophia laborãt. Altera vbi malus corpis
habitꝰ eſt. idq̃ oĩa alimẽta corrũpunt̃. Hanc gręci Cacheſian
nominãt. Tertia quã gręci phthiſin vocãt cũ in pulmonem
deſcẽdit. a capite pituita ⁊ frequẽs tuſſis orit̃. Interduz ali-
quid cruentum ſpũt. qđ ꝓprie Tabum nominãt. eſtq̃ ſanies
⁊ ſanguis corruptꝰ. qđ ⁊ aliqñ dr̃ Tabeſ. Dic̃ tñ Ser. Tabo
nomẽ eſſe caſus ſeptimi tm̃ vt ſpõte. Qđ ſi velis declinare.
Hęc tabes huius tabis dices. Uirg. Et terrã tabo maculant.
Tabidus. corruptus. q̃ tabẽ patitur. ⁊ Tabidus languidus fra-
gilis. Aug. in expoſitiõe pſalmox̃. Quid tabidius aranea.
Tabificus. qui tabẽ inducit. Aug. lib. v. cõ. Eaſq̃ curas anhela-
ret cor meũ ⁊ cogitationum tabificax̃ febribus ęſtuaret. Un
de ⁊ a Cicerone ęgritudo ⁊ metus tabificę perturbatiões di
cuntur qm̃ mentem lacerãt: tabem crutiatum ⁊ afflictionem
inferunt. Tabificabile dicitur a veteribus.
Tabefacio: corrumpo. ⁊ quaſi in tabem verto.
Tabeſco. is. tabui. ſigt lãgueo. deficio tabidus fio. a Tabeo. es.
Et proprie in amore ⁊ męrore tabeſcere dicimur. q̃uis ⁊ de
alijs dici poſſit. Gel. Delphinus amãs deſiderio tabuit exa-
nimatuſq̃ ẽ. Pla. in cap. Tuo męrore maceror maceſco cõ-
ſeneſco ⁊ tabeſco miſer. Cato. de re ruſ. Id aliquotiẽs ĩ die
quotidie facito. vſq̃ adeo donec ſal deſierit tabeſcere. Cõ-
poſita huiꝰ verbi ſũt. Cõtabeſco. Aug. li. ij. cõ. Triſtitia rebꝰ
amiſſis cõtabeſcit q̃bus ſe oblectabat cupiditas. Diſtabeſco
varie ſiue vehemẽter tabeſco ab ſumor corrũpor. Idẽ li. iij.
In quãtas iniq̃tates diſtabui. ⁊ ſacrilega curioſitate ſecutus
ſum. Intabeſco valde tabeſco. Col. li. v. Ad vltimã reducit̃
maciem: ⁊ ſic intabeſcit vt nullis deinceps impẽſis recreari
poſſit. Extabeſco valde tabeſco. Ci. li. ij. tuſ. Sic corpꝰ clade
hõribili abſũptũ extabuit. i. tabo ⁊ corrupto ſãguĩe ꝯputruit
Taburnus: mons campanię oliuetis abundans. Uirgi. Iuuat
iſmara baccho cõſerere atq̃ olea magnũ veſtire taburnum.
Taceo. es. tacui tacituz. nihil loquor. lz̃ qñq̃ etiam dicat̃ de ijs
q̃ ſine voce ſunt. Uir. li. iiij. Totũq̃ ꝑ errat luminibꝰ tacitis.
Et alibi. Quin tacet oĩs ager. Tacere. n. ꝓ q̃eſcere capit̃. Un
de tacitũ mare dicimus cũ placidũ eſt ⁊ nullis fluctibꝰ agita-
tur. qm̃ vero cũ aliq̃d laude dignum eſt: laudamus ⁊ eõrio
malefacta nõ laudamus: factũ eſt vt tacenda non laudãda ⁊
nõ tacẽda laudãda dicãtur. Qñq̃ Tacere ſigt ſecurum eſſe.
qm̃ q̃ ſecuri ſunt nullã querẽdi cãm hñt. Ter. in adel. Tace
egomet ꝯueniã pãphilũ. Huius cõpoſita. Cõticeo. Obticeo.
ꝙ ꝓprie eſt de ijs q̃ nos pudet loq̃. Ter. ĩ phor. Hem nunq̃d
obtices? Reticeo ꝑfecte taceo. ſiue a locutõe me ꝯtineo. Hie.
ꝯ Heluidiũ. Ut diſcat aliqñ reticẽ q̃ nunq̃ didicit loq̃. Hic
Reticẽtia Ci. li. j. of. Ex męſtitia: ex hilaritate: ex riſu. Ex locu
tiõe ex reticẽtia. Subticeo. taceo. Hñtq̃ ta ſyllabã correptã.
Tacitus. qui tacet. ⁊ qui ſcit tenere ſecreta. Actionem. n. ſignifi
cat. quãdoq̃ etiam paſſionem. Uirgi. Quis te magne cato.
tacitum aut te coſſe relinquat.

Taciturnus. qui nõ facile tacet. Hinc taciturnitas q̃ eſt obſer-
uantię genus in ſilentio conſtituta. Terẽ. in an. Sed his q̃s
ſemꝑ intellexi ſitas fide ⁊ taciturnitate. Huius diminutiuuz
eſt taciturnulus. Apul. Blanda mulier ⁊ taciturnula.
Tactici. a gręcis dicuntur magnum ⁊ doctores armoruz: vt eſt
apud Uegetium.
Tactus. ꝑticipiũ a Tango. Et aliqñ ponit̃ pro afflato ⁊ leuiter
fulminato. Ci. Tactus etiã ille qui hãc vrbem cõdidit Inta-
ctus. pro intemerato ⁊ non tacto ſumit̃. Tactus. us. nomen
vnus eſt ex quinq̃ corporis ſenſibus. Qui ⁊ tactio dr̃. Ci. li.
iiij. tuſ. Qualis eſt hęc aurium: tales ſunt oculox̃ ⁊ tactionũ
⁊ odorationum ⁊ ſapox̃ quę ſunt oẽs vnius generis ad per
fundendum animum tanq̃ ille quę facte voluptates.
Tacius nomen regis romanorum.
Tachonpſo. teſte Herodoto. li. hiſto. ij. q̃dam nili inſula eſt.
Taddęus: nomen viri proprium.
Tędiũ: augor mẽtis ⁊ animi non corpis valitudo inquit Ser.
Tędeo. es. tędui ⁊ tęſus ſum. ſed nõ eſt in vſu ſicut cõpoſitum
pertęſus q̃uis Ser. dicat eſſe participium ſi eſt verbo. Sue.
Pertęſus ignauiã tuam. Gel. lib. j. Has ille inanis cuz flaret
glorias: iãq̃ oẽs finẽ cuperent: verbiſq̃ eius fatigati pertę-
duiſſent. Fitq̃ tędeo ab τηλε. L. lr̃a in. d. conuerſa. Ideo.
cum. ę. diph. ſcribitur. Nam longitudo atq̃ ꝓlixitatis actio
nis ſiue paſſionis alicuius generare ſolet. Tędet impꝑſonale
facit pręteritũ tęduit ⁊ tęſum vel magis pertęſum eſt. Hier.
in eccleſiaſtico. Iccirco tęduit me vitę meę. Uirgi. libro. v.
Georgi. Si non pertęſum thalami tędeq̃ fuiſſet.
Tędulus. pe. cor. dicitur faſtidioſus ſenex q̃ oĩbus tędio eſt.
Tęnarus. pe. cor. locus vmbroſus in radice Maleę ꝓmontorij
laconię iuxta ſpartam ciuitatem. In quo qr̃ hiatus magnꝰ
eſt ſtrepitus progredi percipiunt̃ dixerunt veteres per hunc
eſſe deſcenſum ad inferos. Uirgi. Tęnarias etiã fauces alta
hoſtia ditis. Ibi erãt latomię. hoc eſt lapidicinę lapidũ prę-
cioſox̃ qui ⁊ laconiaca marmora: ⁊ Tęnarei lapides vocan-
tur. Proper. li. iij. Quod non tęnareis domus eſt mihi fulta
columnis. Et in ſingulari generis maſcu. eſt in pl̃i neu. Grę
ce ταίναρος. A quo tęnarũ oppidum dictum eſt. Suidas.
ταιναρον ακρωτηριον λακωνικησεν ωσομιονην
καταγον εις αδου εντα και ποσειδωνος ιερον
ασφαλιου εκεισεδε τους ελωτας ικετας καθε-
σθεντας εν τω ιερω του ποσειδωνος ουδεν δεῖ
σάντες ανειλον οι λακεδαιμονιοι.
Tęnię: vittax̃ extremitates: vt q̃ ab ĩſulis pẽdent. Uir. Fit lon
ge tęnia vittę. Qñq̃ accipit̃ ꝓ tota vitta. Idẽ li. v. Puniceis
tpa tęnis. a tęna nõ tęnia. Nam ⁊ Tęna ⁊ tęnia dr̃. Proprie
tñ tęnia eſt faſcia. vñ ⁊ lapides ſub aquis candicãtes in lon-
gũ porrectos tęnias vocamꝰ a faſciarũ ſĩlitudine. Ply. Nec
ꝓfunda altitudo. miraculũ minuit. Frequẽtes quippe tęnię
candicantis vadi carinas territant. Eſt ⁊ Tęnia piſciculi ge
nus apud Ariſtotelem a gracilitate ⁊ longitudine dictum.
Tago. is. apđ veteres ĩ vſu fuit ꝓ tãgo. a quo ẽt ꝯponit̃ Attigo
ꝓ attingo. Plau. ĩ bac. Ne attigas pueꝝ iſta cã qñ fecit ſtre-
nue. Feſtꝰ. Tagit ſimpl'r dr̃ qđ attigit ꝯtigit facit cõpoſituz.
Tagax: furunculus. a tago. quod eſt tango. Lucil. Proſcribere
poſſe tagacem mutonis manum.
Tages. gis. fuit qui primus etruſcis aruſpicij diſciplinã dedit.
Tagus: fluuius luſitanię habẽs arenas aureas. Iuue. Quid ta-
gus ⁊ rutila pactolus voluit arena?
Tagrus: mons in luſitania apud quem quędam eque dicuntur
euento concipere.
Tagaſta. ciuitas aphricę. ex qua pater meus. Augu. Tagaſten-
ſis appellatus eſt.
Talpa. generis maſcu. ⁊ fę. animal captum oculis muri ſimile.
Uirgi. Aut oculis captis fodere cubilia talpę.
Talge: inſula in mari hyrcano vt Põpo. refert ſine cultu ferti-
lis omni fruge ac fructibus abundans.
Talus. duo ſignificat. ſ. partẽ pedis. i. oſ. prope calcaneuz quod
extuberat. Hora. in ſer. Ad talos ſtola demiſſa ⁊ circũdata
palla. Eſt ⁊ talus oſſis genus in articulo pedis: ventre emi-

nens:concaua inuertebra.de quo in dictione Teſſera. Ariſtoteles ⁊ Ply.negant in homine eſſe talos.

Talaris ⁊ hoc talare vt veſtis talaris q̄ ad talos vſq; deſcēdit.

Talaria:calciamenta:alata Mercurij.Uirgi. Pedibus talaria nectit aurea.

Talipedo.as.pe.cor.pedib⁹ vacillo ⁊ quaſi ſupra talos inſiſto.

Talea:fruſtru; ligni p̄ciſum ex vtraq; p̄te vt in terra inſeratur. Preciſis.n.lignis vel pedali vl' cubitali magnitudine nōnulle arbores ſerunt̄:idq; lignū ita p̄ciſum grece noīe generali. ξυλον latine talea dr̄. Ply.li.xvij.Seruādū in eo ante oīa vt taleę ex feracib⁹ fiant arboribus ne curuę neue ſcabrę aut biſurcę.Cato.Taleas oleaginas quas ī ſcrobe ſaturus eris tripedaneas facito.Et ſicut talea dr̄ lignum qd̄ in terra ſeritur:ita qd̄ inſeritur ramo calamus ⁊ teſſera ſeu teſſella ꝙ inſtar teſſerę ſit:vocat̄ Ply.Qd̄ ſi longius afferant̄ pomoru; calami rapo infixos optime cuſtodire ſuccū arbitrantur. A quibuſdā etiam ponitur pro teſſera.hoc eſt ligno cōplanato quo numeros notāt:ruſtici idiotę.Quidā hoc nomen cū.h. ſcribunt ꝙ grecā originem habere auctument: ⁊ vſq; adeo latinum factū vt Taleare pro incidere vſurpet ruſtica ſimplicitas.Hinc ⁊ talea nūmaria ſermone militari dr̄. Quod genus cum edicto principis vel reipu. concedit̄ Clarigatio dici poteſt.Liui.li.viij.Ueliterninis deiecti muri:ipſi vrbe abducti:iuſſi transtyberim habitare vti eius qui cis tyberim captus fuiſſet ad mille pondo clarigatio eſſet.

Taleari lignum dicitur dum ſcinditur.Intaliari dum p̄cidendo formatur.ait Uarro.

Talia talię:folliculum cęparum:

Talio.vindicta hoſtimentum:vt ſi quis manum alicui amputauerit illi manus romanoꝝ lege amputari d;. Hinc Retaliare.Hel.formauit.quod ſignificat Talione hoīem repercutere.Mar.Corrumpit ſine talione cęlebs.

Talentū apud priſcos diuerſi ponderis fuit.Nam atticū talentum vt docet Ply.ſexdecim ſeſtertia valebat.hoc eſt pōdo. xl.ęgyptiū pondo.octoginta.Cleopatra pōdo.centūuiginti quinq; talentū facit hoc eſt ſeſtertioꝝ q̄nquaginta.African⁹ talētū oē pōdo ſexaginta tradit.Quia vͦ librę.hͦ eſt pondo. apud alios maiores apud alios minores ſunt.Hic efficit̄ vt talēta quoq; nō idē vbiq; valeāt.Pollux inq̄t p aureis nūmis trib⁹ imputabat̄.nūmus aureus p drachmis duab⁹ atticis.Erāt ḡ talentoꝝ multa noīa.Ptolomaicū.Syrium Tyrium.Antiochenū.Atticū.pondere q̄dē pari oīa.ſed ad nūmum collata differūt.Atticū tyrio ęq̄le:ſed plus quadruplo valēs quā ptolomaicū:ſeſqui tertio q̄; ſyriū.Antiochenūq;. Babylonicū talētum duo milia ſeptuaginta minas atticas fuiſſe tradūt.Euboicū.quattuor milia denariorum valebat. Rhodiū q̄ngentoꝝ denarium. Neapolitanū ſex denarium. Syracuſanum triū denarium.Alij nūmū libris.L.Maius. lxxij.Maximū.cxx.faciūt.Atheneus talentū ſex milib⁹ nūmū italicoꝝ p̄mutari tradit.nūmū eſſe drachmā hoc eſt denariū.Centū drachmis.hoc eſt denarijs cētu; argenteis ęq̄ri libram.Plutarchus in pompeio refert minam vocans ea;.

Tam ⁊ quā p Priſciani ſnīa aduerbia ſunt ⁊ cōparatiuo vl' ſuperlatiuo adijciunt̄ cū duo vel plures cōparatiui vel ſuplatiui diuerſe ſignificatiōis poſiti inter ſe ęquant̄ vel idē geminant̄:vt tā iuſtior q̄; fęlicior ęneas hectore.Ci.pro Deio. Iſtam inq̄; dexteram nō tam in bellis neq; in p̄lijs q̄; in p̄miſſis ⁊ fide firmiorē.Bis.n.infirmiorē intelligēdū eſt Iūgit̄ ⁊ poſitiuo.vt tam bonus.Uir.q̄; bon⁹ homerus Ci.tā ſu; amicus reip.q̄; q̄ maxime.ſ.eſt amicus.Hoc eſt tā amo rēp.q̄; ille q̄ plurimū amat.Et apud veteres tā p tn̄ ⁊ p mō ponebat̄.Cōponit̄ tam cū etſi:⁊ ſig̃t q̄uis.Ply.Dedit q̄tū maximū potuit daturus amplius ſi potuiſſet tametſi q̄d huiuſmodi dari poteſt maius q̄; gloria:laus:ęternitas:

Tama.dr̄ cū labore vię ſanguis ī crura d̄ſcēdit ⁊ tumorē facit.

Tamaricę.pe.p.genus fruticis bis in anno florentis a grecis Erice dr̄.Unde ⁊ Ericeum mel celebrat̄.Uidetur etiā recte dici Tamarix ⁊ tamaricū ēt legitur.Hāc quidā eande; eſſe q̄; myricę exiſtimant l;.Ply.li.xxviij.diuerſa eſſe dixerit.

Tamaritę.pe.pro.populi aſiatici nō longe a Caſpio mari.

Tn̄ ſig̃t nihilominus.Quę vbi pręcedit q̄q̄; q̄uis ⁊ alia hmōi dat p̄ncipiū ꝯſtructiōis:ipſa dictiōe tn̄ excuſſa.Qd̄ iō in ligatura ⁊ q̄ſi iunctura orōnis inſertū eſt:q2 oratio vn̄ nō debuerat inceperat.Idcirco tn̄ abijcit̄ tanq̄; functa offō ſuo. aliqn̄ inceptiua eſt.Ci.Pęto.Tn̄ nō diſcedis a malitia.Aliqn̄ ponit̄ p ſtatim.Uir.Hic hędos depone tn̄ veniemus in vrbē.Aliqn̄ p tādē.Sal.li.iij.hiſto.Nā q̄ enare conati ſunt icti fragmētis nauiū aut afflicti a ſuis vndaꝝ vi multato fęde corpore.Plau.Ita faciam ita placet q̄d tum tn̄.Aliqn̄ p dūtaxat.Ter.in Ecy.Quod potero faciam tn̄ vt pietatē colam.Do.dūtaxat vel ita tn̄ vt pietatē colam.Hinc cōponuntur.Attn̄ ⁊ verūtamen eiuſdem fere ſignificationis.

Tamus hęrba eſt minutis folijs ⁊ aculeata.

Tanimo.as.pe.cor.corrūpo l; nō ſit ī vſu.Cuius cōpoſita ſunt Attamino.Cōtamino.⁊ Intamino.Un̄ ⁊ Incōtaminatus.

Tanas.oppidum non longe a Tana.⁊ venetis paret.Unde ⁊ nobiliſſime pelles feruntur:⁊ mācipia quę a ſcythis emunt quos appellant Carcaſos.

Tanais:fluuius ſcythię qui diuidit Aſiā ab Europa.Ferturq; a ſeptētrione Nilo ꝯ̄rius paulo tn̄ orientalior nō ſolu; per ſcythas in Męotim defluēs ſed ⁊ p ſauromatas.Originem eius incertā aliqui putant.Ptol.ex mōtibus riphęis p̄dire putat q̄ magis hauſtrales ſūt q̄; hiperborei.Alij aiūt eſſe paludē non admodū magnā ex qua Tanais naſcit̄ q̄ duobus hoſtijs Męotim ingredit̄ quę ſtadijs intra ſe circiter.lxx. diſtare ferunt̄.Alij ex Caucaſijs montibus oriri exiſtimāt.

Tanager fluui⁹ lucanię q̄ ē īter cāpaniā ⁊ Calabriā.De q̄ Uir. li.iij.Ge.Et ſicci ripa tanagri.At tanagra p̄ſidis oppidū eſt.

Tanis.Metropolis ęgypti vbi moyſes mirabilia fecit.

Tandem ſig̃t ad poſtremū.Uir.Iam tādē italię fugiētes p̄ndimus oras.Per interrogationē h; vrgens quiddam ⁊ accelerās.Ci.Quouſq; tādē abutere Catilina patientia nr̄a.Aliqn̄ eſt ꝯiūctio expletiua.Ter.in phor.Ita ne tāde; vxorē duxit antipho in iuſſu meo:Interdū ponit̄ pro Aliqn̄.vt apd̄ eundem.Ita ne tādē ſe ſororē duxit:Nōnunq̄; p Uir.Ci. Tādē aliqn̄ q̄rites.Itē pro ſaltem.Ter.in heau.Perfice hͦ p̄cibus p̄cio vt hęreā in p̄te aliq̄ apud Thaydē tādem.Ite; pro tn̄.Ci.In qua ciuitate tandē arbitrare te viuere.

Tango.is.tetigi.tactū.ſm ꝯſuetudinē.Lucre.Tāgere.n.⁊ tāgi niſi corpus nulla pōt res.Sed qm̄ tāgendo quodā mō moueri vident̄ ea q̄ tāgunt̄.Tāgere qn̄q; p cōmouere ac ferire capit̄.Idē li.j.Nec bn̄ p meritis capit̄ nec tangit̄ ira.Uir. De cęlo tactas mamini p̄dicere q̄rcus.Qn̄q; p circūuenire. Turpi.At ēt inept⁹ meus eſt mihi p̄r iratus q2 eū talēto argēti tetigi veteri exēplo amātis.Aliqn̄ p cernere intelligere. Ci.Poſtq̄; aūt ꝯſilia ei⁹ oīa tetigi.Aliqn̄ p p̄uenire.Idem Uerres ſil' ac tetigit p̄uinciā.Sunt q̄ velint Tāgo tanxi p̄teritū facere.Tago tetigi.ſicut pāgo xi.⁊ pago pepigi.Cōpoſita a Tāgo ſunt Attingo.Cōtingo.Obtingo. Pertingo.qd̄ eſt p̄fecte tango.Qd̄ ⁊ pro Conſequor plęrūq; poni ſolet.

Tantalus.Iouis ex Plote nympha filius fuit quē Euſebi⁹ regem phrygię cū Troo dardanię rege bellū geſſiſſe ſcribit ꝙ Ganymedē rapuerit Agamēnonis ⁊ Menelai auus.Un̄ ⁊ Tātalides dicti ſunt.Hic ob filiū interfectū detruſus ad inferos ſiti torquet̄ ⁊ fame.Plato in Cratylo ſcribit Tātalu; dictū eſſe quaſi Talātaton hoc eſt infęliciſſimū.Alius fuit Tantalus corinthioꝝ rex ob pietatem deoꝝ menſis dignatus.Alius Thieſtę ex merope filius interfectus ⁊ appoſitus eſca patri.Hinc ſit Tātaleus.a.um.Proper.Tantalea poterit tradere poma manu.Suidas ἐπιτεν ολιθος εϖαυ τορ λιψη δε τηκε το Ταντάλου κυϖους Τρυγαν ισαιου του ρητορος νεωτερου ασωτευομενου υςρου δε σωφρονησ αντος.

Tantus.a.um.a.tam deduci vr̄.quātitatēq; ſig̃t.Et modo demonſtratiuum eſt.Uirg.Tantę molis erat romanā condere gentem.Modo relatiuū.Plau.Et tantū quātum potui p̄ſtiti tibi.Huius diminu.eſt Tantalus a quo tantillus.

Tantum.aduerbium ſignificat ſolum.Quod ⁊ tantūmodo di

citur. Aliquãdo ſignificat vſqꝫ adeo.

Tantũnum nõ tam negare videt̃ q̃ affirmare: accipiturq̃ pro etiã. Sue. in Tibe. Tantũnũ aduerſis tẽpeſtatibꝰ rhodũ enauigauit. i. ẽt aduerſis tẽpeſtatibus. Alij exponunt quatenus a tẽpeſtatibus nõ impediret̃. Simil'r Syrius. Tantũnũ ſtrictis mucronibus. Videturqꝫ ea figura dici: qua ẽtnum. Sic Liui. li. xxxvij. Vidit non poſſe ęquare ordinẽ romanos ⁊ tantumnũ iam circuiri a dextro cornu concidat naues.

Tanti ⁊ q̃ti cũ eoꝝ ꝯpoſitis tãtidẽ q̃tilibet q̃ticũqꝫ ſil'r totidẽ pluris minoris iũgunt̃ verbis ꝓciũ ſignificãtibꝰ qualia ſunt Emo vẽdo veneo mercor cõparo ęſtimo. ꝯſtat cõduco loco fęneror: paciſcor pago pepigi: ꝯdẽno: poſtulo ⁊ ſi q̃ ſunt alia Et tñ in alijs a ꝓdictis abl'tũm poſtulant. Terẽ. Quid agas niſi vt te redimas captum q̃ queas minimo. Et ſi nequeas paululo. at q̃ti queas. i. tanti te redimas quãti queas. Li. li. xlviij. Mãcipia minora annis viginti quę poſt ꝑrimũ luſtrum decem milibus ęris: aut pluris veniſſent ęa quoqꝫ decem tanto pluris q̃ quãti eſſent ęſtimarentur.

Tantũ abeſt ſig̃t nõ ſolum nõ eſt. Ci. li. of. Tantũ abeſt ab offõ vt nihil offõ magis poſſit eſſe ꝯ̃rium. hoc eſt nõ modo officium non eſt: verũ etiam nihil magis officio põt eſſe ꝯ̃rium. Vel tñ abeſt vt officium ſit vt nihil officio ⁊c̃.

Tantiſper aduerbiũ ſig̃t tãdiu poſtulatqꝫ poſt ſe dũ donec ſiue q̃diu: vel quoad. Ci. In carcerẽ ductꝰ: vt ibi eẽt tãtiſper dũ culeus in quẽ deiectꝰ deferret̃ cõpararet̃. Ter. in heau. Ego te meũ eẽ dici tãtiſꝑ volo dũ qđ te dignũ ẽ facias. Sic cętera a per. ꝯpoſita tp̃is breuitatẽ ſignificãt: vt quãtiſper parũper pauliſper aliquãtiſper. Ponit̃ ẽt tãtiſper. ſine dũ ⁊ ſig̃t tantũmõ. ſiue iterea Hie. Vñ de ijs ex q̃bꝰ certi ſumus tãtiſper loquamur. Li. li. j. Tñ id imperiũ ei ad puberẽ ętatem incolumę mãſit: tãtiſper tutela muliebri Ci. li. v. tuſ. Sed videro q̃d efficiat tãtiſper hoc ip̃m magni ęſtimo quod pollicetur.

Tantopere ⁊ tãto ope ſig̃t tantum: tam vehemẽter. Ter. ĩ adel. Ego hac in re nihil reperio. quãobrem lauder tantopere.

Tantũdẽ. q̃ſi tm̃ idez ſig̃t ęque tm̃. vulgo altertãtũ. Aug. Aeq̃ti ſunt oẽs ⁊ facti ſunt nouiſſimi ꝓmi ⁊ primi nouiſſimi q2 tãtũdem acceperũt. primi ⁊ nouiſſimi. Col. li. vij. Tũ paribus caſię myrrhęqꝫ ⁊ thuris põderibus. ac tantũdem ſanguinis marine teſtudinis miſcet̃. Ter. in phor. In ea ſignificatiõe: ſed al'r dixit. Num tu. Nihil phoed. Tantũdem ego hoc nomen nõ hꝫ niſi q̃tũm tãtidẽ. ꝙ ſig̃t ꝑ tãto ꝓcio ſolũ. Terẽ. in adel. Domo me eripuit verberauit me inuito abduxit meaꝫ ob malefacta hęc tantidẽ poſtulat emptã ſibi tradier.

Tapetũ. Tapes. etis. ⁊ tapete. pe. ꝑ. Tegmẽ mire pictum varijs coloribus quo equi: mẽſę: ſeu pauimẽta ſternunt̃. Vir. li. x. Qui forte tapetibus altis extructus toto ꝓflabat pectore ſonum. Idẽ li. vij. Luſtratos oſtro a lupedes pictiſqꝫ tapetis. Decliat̃. n. gręce Ταπης Ταπητος. Sta. li. j. tho. Altoſqꝫ iferre tapetas. actũs gręcus eſt a Tapes tapetis. Hier. li. ij. ꝑ. Obtulerũt ei ſtratoria ⁊ tapetia. A tapete eſt. Simil'r Plau. Vt ne periſtromata quidẽ ęque ſint Campani caneqꝫ alexandrina beluata conſuta tapetia.

Tapedogogia. omnium tapetorum ſupellex intelligitur.

Taphos: latine ſepulchrum dicitur. Unde Epitaphium.

Tapinoſis pe. pro. latine humiliatio dicit̃. Eſt. n. rei magnę humilis expoſitio Ταπεινος humilis vt apparent rati nãtes in gurgite vaſto.

Tapſus. inſula decẽ ſtadijs a ſicilia diſtans verſus ſyracuſas. Virgi. lib. iij. Tapſumqꝫ iacentem.

Taprobanę. inſula in mari indico ſatis ampla inter ortũ occaſũqꝫ ſolis. vt Solinꝰ refert. Patet ĩ lõgitudine ſtadijs ſeptẽ milibꝰ. in latitudine q̃nqꝫ millibꝰ. Nulla in nauigãdo ſyderꝝ obſeruatio. Ibi ſeptẽtriones nequaq̃ aſpiciunt̃. Lucet ibi canopos ſydus: claꝝ ⁊ ampliſſimũ. Hoies corpoꝝ magnitudine alios antecellũt cęruleis ocul': atroci viſu: terrifico ſono vocis. Viuũt vltra ãnos cẽtũ. Naſcunt̃ ĩ ea berilli ⁊ hyacinthi vt Ptol. li. vij. refert. Ply. li. vj. ſcribit q̃ngenta oppida cõperta fuiſſe. In ea ſic Geometrię ſcribũt ſub duę ęſtates.

Tapyri populi in parthia vt lib. xj. refert Stra. quibus mos eſt vt proprias vxores. alijs viris nuptui concedant cum duos aut tres filios ex eis ſuſceperint.

Taracon. pe. cor. Inſignis hiſpanię ciuitas Scipionuꝫ opus: a q̃ ꝓuincia ipſa taraconia ⁊ taraconẽſis vocat̃. q̃ vt Põpo. ſcribit li. ij. altero capite Gallias: altero bęthycaꝫ luſitaniãqꝫ ꝯtingẽs mari latera obijc̃: nr̃o q̃ meridiẽ: q̃ ſeptẽtrionẽ ſpectat oceano. Vrbiũ e mediterraneis clariſſime fuerũt pallantia ⁊ numãtia. Nũc eſt cęſarea auguſta. Hic Taraconẽſia vina nobilitãter elegãtia. mart. taraco cãpano tm̃ ceſſura lyęo

Tarchon. nomen proprium ętrurię ducis ⁊ haruſpicis.

Taracina. oppidũ Volſcoꝝ in cãpania. añ Trachyna. i. aſpera a loci aſpredine. ⁊ lingua volſcoꝝ anxur dicebat̃ ꝓus diuerſa fortuna a rheginis expta a ταρατ᾽τω cõturbo. Li. li. iiij. Anxur fuit qua nũc Taracinę ſunt ciuitas prona ĩ paludes.

Tarchetius nomen fuit impij albanoꝝ regis.

Taras fuit Neptũni filiꝰ quẽ tarẽtũ ędificaſſe ñnulli autumãt

Tardus piger. Vir. Sępe oleis tardi coſtas agitator aſelli vilibus aut onerat pomis. Per tranſlationẽ q̃ñqꝫ ꝓ rudi ⁊ ſtulto ponit̃. Idẽ. Tardi venere ſubulci. Ter. in heau. Fatuꝰ eſt inſulſus tardus. Q̃ñqꝫ pro perſeueranti ⁊ diuturno. Virgi. Media fert triſtis ſuccos tardũqꝫ ſaporem. Q̃ñqꝫ ꝓ denſo ⁊ craſſo. Idem. Vdo ſub robore viuit ſtupa vomẽs tarduꝫ fumum. Huius diminutiuum eſt Tardiuſculus.

Tarditas Tarditudo ⁊ tardities pro pigritia. Plau. in pe. Prodigioſi eſtis ⁊ viciſtis cocleas tarditudine. Actius. Multa mittuntur tarditie ⁊ ſocordię.

Tardo. tardas moror tardus ſuꝫ. a quo Retardo morari facio: retineo. Cicero in Catone. Ad quem fruendum non modo ſe non retardat verum etiam inuitat.

Tardigradus. pe. cor. qui tarde graditur.

Tarentum fuit inclyta Calabrię vrbs in vltimo Italię circa ſalentinoruꝫ confinia a tara Neptũni filio ędificata. deinde a laconibus aucta: qui duce Pallanto illuc aduentãtes expulſis incolis vti. Juſti. lib. iij. ſcribit. eam tenuerunt.

Taurentina nux fragili putamine eſt: ⁊ ita mollis vt vix attrectata rumpat̃. Vñ q̃dã tarẽtũ appellatũ putãt ꝙ iuglandes nuces ⁊ pineas molles hẽat ac ſil'r oues. Tarẽtuꝫ aũt ſabini vocãt molle. Ad qđ alludẽs. Hor. ſcripſit. Et molle tarentũ.

Tarmes. genus vermiculi carnem exedens.

Tarpeius mons Romę a Tarpeia virgine veſtali ſic dictꝰ q̃ ſabinis arcẽ ꝑdidit ⁊ ibi necata ſepultaqꝫ fuit. E cuiꝰ noĩe monumentũ relictũ qđ rupes tarpeia ⁊ tarpeiuꝫ ſaxũ vocitabatur. Hic ꝓus ſaturnius mons. Poſtea capitolium dictũ fuit.

Tarſus vrbs ꝓclariſſima ⁊ Cilicię metropolis quã ꝑſeus danaes nobiliſſima ꝓles ędificauit. Luc. li. iiij. Deſerit̃ tauriqꝫ nemus ꝑſeaqꝫ tarſus. Hęc fuit apl'i pauli pr̃ia. Dicta Tarſus vt q̃dã exiſtimãt a ſiccitate: vel a ꝑte pedis q̃ tarſos d̃r vt in manu. Vl' vt Joſephꝰ ait li. j. a Tarſo nepote Japhet. Tarſis vo lapidis gn̄s ẽ vt inq̃t Hie. ad Marcel. vt eſt illud in Daniele. Et Corpus eiuſdẽ vt Tarſis: qđ aq̃la Chryſolithum: Symmachus Hyacinthuꝫ interꝓ̃tant̃. Et apud Ezechie. Et ſpẽs rotaꝝ ſicut ſpẽ ſtarſis. Eſt ⁊ tarſis regio iudeę ad quam Jonas ꝓph̃a velle ire dixit. Et Salomõ ⁊ Joſaphat naues hũerũt q̃ de Tarſis ſolitę ſũt exercere cõmercia. Ipꝫ quoqꝫ mare: q2 cęruleũ ſit ⁊ ſępe ſolis radijs ꝑcuſſũ colorẽ ſupradictoꝝ coloꝝ trahat a colore nomẽ accepit. Porro hebręi Tarſis mare dici gñal'r autumãt. ſm illud. In ſpũ violẽto ꝯfringes naues tarſis. i. maris. Et in Eſaia. Vlulate naues tarſis. Tarſenſes adeo ph̃ię ſtudioſi fuerũt. vt Atheniẽſes ⁊ Alexãdrinos ſuparẽt. Ex tarſo fuerũt antipater. Archelaus ⁊ Neſtor ⁊ duo Athenodori. quoꝝ qui Cordilion dictus eſt cuꝫ. M. Catone vixit ⁊ apud eum mortuus eſt. Alter Cana vita a vico quodã cęſaris ꝓceptor. ⁊ hi ph̃i ſtoici fuere.

Tartarus. pe. cor. in ſingulari gñis maſ. In pl'i neu. locꝰ ifernalis a ταρατ᾽τω ꝯturbo. q2 illic oĩa ꝑturbata dñr. Vl' απο του ταρταριζειν. i. a tremore frigoris. Sole enim caret. Suid. Ταρταρος ο κατωτερος του αδου τοπος και ταταρον τον περι τα νεφη τοπον και περι ψυχης. Hinc Tartareus. a. um. Tartaꝝ neutro genere fęx vini d̃r.

Tarteſſus.vrbs fuit ĩ littore prope gades.vnde familia Columellę emanauit.a Tartaro dicta vt meminit Stra. propter ſub terraneas illic cauernas.

Taſium.genus eſt vini a τασις quę eſt detẽtio deductum nomen vel vt Ser.ait a taſo inſula.Unde ⁊ taſię vites.

Tatianus.nomen eſt viri proprium.

Taurꝰbos ad ꝓcreãdũ reſeruatꝰ ſicut in capris hircꝰ.Accipiť ⁊ ꝓ quocũq; forti boue.Uir.li.j.Ge.Ergo age terrę pĩgue ſolũ ꝓmis extẽplo a mẽſibus anni fortes inuertant tauri.Eſt ⁊ taurꝰcęleſte ſignũ.Jõ.n.i cęlũ trãſlatꝰfuiſſe taurꝰ exiſtimať ꝙ Europã ĩ Cretã ĩſulã trãſuexerit ĩcolumẽ.Lege fabulaʒ.Et taurꝰmons q̃ ab ĩdico mari exurgẽs vaſte ſatis attolliť.dein dextro latẽ ad ſeptẽtrionẽ ſiniſtro admeridiẽ vſus it in occidẽtẽ rectꝰ ⁊ ꝑpetuo iugo.magnarũq; gẽtiũ q̃ dorſuʒ agit ẽminꝰſʒ ꝑ gẽtiũ ac liguaꝝ varietate diuerſa hʒ noĩa Mons ei oppoſitꝰ Antitaurꝰ dř.Ubi ĩ excelſiſſimã ↄ̃ſurgit ſublimitatẽ Caucaſus appellať q̃ʒq̃ʒ ſint q̃ taurũ a caucaſo diuidãt.

Taurinus.a.um.qꝺ eſt ex tauro boue vt pellis taurina. Sic dicunť oĩa a mutis aĩalibꝰ deriuata.⁊ i.pe.ꝓ.ſeruãt.vt Leporinus caprinus.Formicinus.Hirũdininus.Plau.i ru. Ad hirũdininum nidum viſa eſt mihi ſimia vt in aſcẽſionez faceret.Uernecinus.Porcinus.Ouinus.Suinus ⁊ hmõi.

Tauri nũero plĩ ⁊ taurilia.ludi i honorẽ deoꝝ ĩferoꝝ fcĩ quos ⁊ boalia ⁊ bupetias aliq̃ñ vocatos ĩuenimꝰ.Sʒ ꝓpẽ hi ludi ſť boũ gr̃a ĩſtituti.itẽ tauri ſcarabęi terreſtes ſť ricino ſiľes.

Taurã.vaccã dici exiſtimãt ſterilẽ.ꝙ h̃ nõ magis ꝑiat q̃ʒ tauri.

Tauroſcythę.populi ſcytaꝝ qui taurum montem habitant.

Taureus Neptũni Epitecthon:qm̃ ei tauros ĩmolabãt:vel qꝛ ſit deus maris ꝙ ſonũ emittat ſimilem voci taurinę.

Taurea ſcutica ex corio bubulo facta Juue.taurea punit continuo flexi crimẽ facinuſq; capilli. Hie.in li.macchabeorũ.ij. Contigit aũt ⁊ ſeptẽ fratres vna cũ matre ap̃phenſos cõpelli a rege edere carnes porcinas flagris ⁊ taureis cruciatos.

Taurica cherſoneſus peninſula ꝓuincia eſt europę ſicuti docet Ptol.lib.iij.cuius fines ſunt Jſthmus. Palus męotis. põtus.⁊ cimmerius boſporus.Jbi ciuitates ſitę ſunt Eupatoria.⁊ theodoſia.nũc Capha.Eius ambitus.dcc.milia paſ. complectiť.⁊ a męotidis populis q̃ margines ipſius habitant nomẽ aſſumpſit.De hac Juue.Aegyptus q̃ppe illa nefandi taurica ſacri.Et ipſi ẽt taurici ĩmanes moribus ĩmanẽq; famã hñtes ꝙ ſolerẽt ꝓ victimis aduenas cędere.

Taurarij populi in taurica regione conſtituti.

Taurominiũ.mons ſicilię multis bobus abundãs ⁊ ſupra euʒ vrbs eiuſdẽ noĩs quã ędificauerũt zauclęi a quo taurominitanus ager.⁊ taurominitani ciues.Unde eſt illud.taurominitanam vincũt feruore charybdim.Scribit Ply.Hanc vrbem quandoq; Naxon appellatam.

Tautologia latine dici põt eloquium. Jdem Uir.lib.j.Si fata virum ſeruãt:ſi veſciť aura ętherea neq; adhuc crudelibus accubat vmbris.Nam totũ qꝺ reperiť vnum eſt:ſed ad exprimendum cõceptum crebro ſermone denunciatur.

Taxillus diminutiuum eſt a talus.

Taxus arbor abieti ſiľis baccaſq; ferẽs q̃bus lętale venenum ineſt p̃cipue in hiſpania.Ab ea toxicũ dꝛ q̃ſi taxicum. Uir. Sic tua cyrneas fugiãt examina taxos.Fumus.n.taxi mures necat Taxus generis maſ.aĩal eſt qꝺ ⁊ taxo dř.⁊ Melis ab auiditate mellis.Eſt enim alucaribus infeſtus.

Taxo.as.ſigt̃ p̃ſſius crebriuſq; q̃ʒ tãgo vñ id procul dubio inclinatũ eſt:vt Jacto.multo ſuſius largiuſq; eſt q̃ʒ iacio. Taxare ẽt ꝓ p̃cio ęſtimare poniť.Ply.li.xviij.Jllos q̃ frugiferas tãti taxauerãt.Jtẽ pro maledictis tãgere.Sue.li.ij.Sed etiã vt numularij nepotẽ ſic taxat auguſtũ.Feſtus.Taxatores a ſcenicis dñr qui alterutrum maledictis tangunt.

Taxim aduerbium ſignificat ſenſim. Pomponius. Adoptate clandeſtino tacitus taxim perſpectaui.

Taygete.vna ẽ ex pleiadibꝰ.Taygetũ ẽ mons ſub quo Sparta vt inq̃t Stra.Luc.li.iiij. Gelidiq; ĩculta iuuẽtus taygeti. Hic mons cõſecratus ẽ Baccho.⁊ Homerus in hymnis ſic ait.ſ.καϛορα και πολυδευκε αειϲεο μουϲα λιγε ιατυνδαριδας οζηνος ολυμβιου εξεγενου τοτουϲ υποταυγετου κορυφης τεκεποτνια ληλη λαθρη υποδμηθεισα κελευεφει κρονιωνι χαιρε τε τυνδαριδαι ταχεωυ επιβητορες ιππωμ.

T ante E

Thearus.fluuius Thracię.ad cuius caput cũ Darꝰ ad ſcythas proficiſcẽs applicuit caſtra:ibiq; tribꝰ diebus ſe continuit cuius dulciſſima aq̃ delectatus eo in loco colũnaʒ gręcis litteris inſcriptam appoſuit.

Techna.gręce τεχνη latĩe ars.Jnde technites artifex. Plau. Qui technas hoĩs dep̃hendi ſolus.Unde Galenus opꝰſuuʒ technen.i.artem inſcripſit.Hinc Calotechnius bonꝰartifex. Uictr.li.iiij.Callimachus ob elegantiã ⁊ ſubtilitatem artis marmoreę calotechnius eſt nominatus. Cacotechnius:malus artifex.Technicus artificioſus.

Technophyon.gręca dictio q̃ ſignificať artĩ ꝓductio.τεχνην artẽ gręci dicũt ⁊ φυω ꝓduco.Sue.in Aug.Erat illi locus ĩ edito ſingularis quẽ ſyracuſas ⁊ Technophyon vocabat.

Teda arbor e Laricum genere quę liquorẽ ſeu picẽ ſtillat abũdans ſucco liquidiore:⁊ ob hoc flãmis ac lumini ſacrorum grata vt inquit Ply.Jnde Tedas vocamus faces q̃ optime ex ea arbore fiebant.Et Cererem deam tediferam poetę vocant ꝙ tedas dř inflammaſſe cum inueſtigare vellet filiam Proſerpinam a plutone abreptam.

Tego.is.xi.tectũ.operio.Lac.li.ij.Nõ texit p̃ris nuditatẽ.Per trãſlationẽ tegere ſigt̃ cellare. Martialis. Qꝺ tegiť maius crediť eſſe malũ.Jtẽ defendere cõſeruare.Salu.At romani domi militięq; intẽti feſtinare parare aliꝰ aliũ hortari:hoſtibꝰ obuiã ire:libertatẽ patriã parẽteſq; armis tegẽ.A tego fiunt cõpoſita.Cõtego.totũ tego.Hier.de Paulo Eremita. Aĩaduertit intꝰ grãde veſtibulũ qꝺ apto deſup cęlo patulis diffuſa ramis vetꝰpalma ↄtexerat.Detego ↄ̃riũ eſt ſuo ſimplici.Lact.li.ij.Nũc interĩ falſa vt cępimꝰ detegamus.Jntego intus tego.Ply.Uẽtriculi atq; inteſtina pingui ac tenui omento integunť.Obtego circũ ſeu ſupra tego. Col.li.iiij. Monẽdo necubi ſcãna omittanť.⁊ qꝺ eſt durũ ſũmis glebis obtegať.Prętego ãtego.Lac.lib.iiij.Tũ vitia ſua capillis ⁊ palio ⁊ qꝺ maximũ eſt velamẽtuʒ diuitijs p̃tegebat. Protego tueor.Pertego ꝑfecte tego.Plau.in Tri.Benefacta benefactis alijs pertegito ne perpluãt.Retego nudo aperio Uir.Cęcũq; domus ſcelus oẽ retexit.Juue.Si tibi zelotypę retegãť ſcrinia męchę.Suptego.Col.li.x.Nihilominus cõgeſtu culmoꝝ ⁊ frondiũ ſuptegemus.q̃ʒtũq; res patieť a frigore ⁊ tẽpeſtate moniemus.Et oĩa hñt pe.cor.

Tegmen quod ⁊ Tegimen ⁊ Tegmentum dř.ſignificat quicquid aliquid tegit.

Tegillum paruũ tegmen.Uarro.Ob aquam enubibus tortam indicat fore vt tegillum paſtor ſibi ſumat.Eſt ⁊ tegillum cuculli vinculum e ſirpo.Plautus.Tegillũ mihi aret:id ſi vis dabo.At Tigillum diminutiuum a Tignum eſt.

Tegulum.pe.cor.idem qꝺ tegmen.Ply.Tegulo.n.aquaticaꝝ harũdinum domos ſuas ſeptẽtrionales populi operiunť.

Tegula.tegulę ꝙ domos tegat.Tegulę aũt q̃ ad balneas adhibentur a laxitate dñr mãmatę.alię coctiles vocantur.

Tectum ⁊ participiũ ⁊ nomẽ eſſe põt.Participiũ cũ dicimus. Scelus tuum tectũ eſt.Nomẽ cum ſigt̃ partẽ domus q̃ domũ tegit.a tegendo dictũ.q̃ʒuis ẽt freq̃ẽter pro domo poni ſoleat:⁊ generaľr pro oĩ loco ⁊ pro tabularis oĩbus quibus ⁊ triclinia ⁊ cubicula ⁊ hmõi teguntť ⁊ in q̃bus tecti homines habitare ſolent. Unde architecti ⁊ Architectores dicti ſunt qui ędificandi ſcientiã habent.Tectum etiã gñs ouiũ eſt ſic dictum ꝙ maiore lana opertũ ſit. vel ꝙ operimentis tegeretur.Ply.Ouium ſũma genera duo.Tectum ⁊ colonicum.Jllud mollius:hoc in paſcuis delicatius.

Tectorium.illinimentum quoddam eſt a tegendo ⁊ quaſi pauimentum parietis atq; incruſtatio quod ſit cum calce aut gypſo ad maiorem ſpectantium gratiam ⁊ decorem. Juue. Tectoria ꝓma reponit.Ply.li.xxxvi. Jdeoq; nulla tectoria

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN